





~~2/1~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-2

SIGNAT. MDCCCXIII.





## EPICEDIA,

Quibus

## Beatum ex hac vita

decessum

VIRI

NOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI AC  
AMPLISSIMIDN. BALTHASARIS  
STOLBERGIIGræcarum Literarum Prof. Publ. Optimè meriti  
& per totum literarum orbem longè  
Celeberrimi,*Ipsò solennibus Exequiarum dicto die**XIX. Octobr. Anni à C.N. MDC LXXXIV.*

lugentes piè prosequuntur

PATRES ACADEMIÆ, COLLEGÆ,  
FAUTORES ET AMICI.

WITTENBERGÆ

*Literis Matthæi Henckelii, Acad. Typogr.*



EPICEDIA

Quibus

Beatissimi ex hac vita

decesserunt

VIRI

NOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI

AMPLISSIMI

DN. BALTHEAS-

RISSTOLBERGII

Græcæ et Latinæ Phil. Publ. Opus inquit

& per totum literarum orbem longe

Celeberrimus

Ipso solennibus Exequiis in Cathedrali

XIX. Octobr. anni MDCCLXXIII. celebratis

hæc prælo expressit

PATRES ACADEMIAE COLLEGE

FAVTORES ET AUCT



Printed at the University Press of Halle, by Johann Friedrich Neuberger, 1773.







Ad Academiam VVittebergenſem

Incomparabilis Stolbergii

Obitum acerbe lugentem.



Vas video lachrymas heu! quæ mutatio nostris  
In rebus: quicquid jam modo venit, abit.  
Jam modo per nostras ædes & templa triumphis  
Personuere, cohors quos studiosa dabat.  
Non aliter veluti studiosi Martis alumni  
Hostibus infractis ritè triumphè canunt  
Conciuntque etiam venerabilis ordo Sophorum  
Quæque hæc incepit, carmina continuant.  
Sed quid conturbat fati mea gaudia? vestra  
Gaudia quid sunt? dicite quæſo mihi!  
Quos modo conspicuos per amœna veste fuisse  
Vidi, pullatos cerno redire viros.  
Quis stupor insolitus cepit præcordia vestra?  
Quid vobis plenus sermo dolore cadit?  
Nec defunt lachrymæ: pulsant pia pectora mœstæ  
(Hei mihi! quid video? tristia cuncta) manus.  
Sic nihil est firmi latum reperire per orbem:  
Tantum quod constans in levitate, manet.  
Tristia succedunt lætis; & júbila mœstis:  
Quicquid in orbe, fluit more fluentis aquæ.  
Si mea non fallit me mens; estque integer usus  
Auribus: accipio dicere quemque: FUIT.  
Ille fuit, quicumque modo fuit artibus, atque  
Insigni ornatus proh! pietate bonus.  
Discescit nostro sapientum de grege summus,  
Qui summos hostes sternere factus erat.  
Eheu ille heros cecidit STOLBERGIUS, atque  
Tellurem linquens tendit ad astra Poli.  
Illa dolorificæ nobis est causa querellæ:  
Ille obitus nobis tristia quæque parit.  
Vix hæc audieram, cum mens perculsa dolore  
Contremuit, cuncti nescia consilii.  
Ingemui, cecidisse Virum, quicumque per annos  
Nestoris illius vivere dignus erat.  
Hinc mihi non mirum lachrymis vestra ora rigeri;  
Cordaque crudeles dilacerare manus.  
Nec leve, quod casu percepi vulnus in illo  
Labente hoc ferme sum quoque stratus ego.  
Arbor in excelsis ventorum agitata procellis  
Vicinam labens destruit atque ruit:  
Sic tua mors nobis magno, Vir docte dolori  
Omnes prostrati teque cadente sumus.

At



Ast ego præ multis variis exactuo curis:

Anxia nec quo se mens mea vertat, habet.

Aggredior primum spartam Rectoris, & ecce!

Primum jam veniunt iusta ferenda TIBI.

Non equidem in video Tibi cœlica tecta colenti:

Doctrina doleo nos caruisse tua:

Quicquid enim tenuit Divæ urbs sacrata Minervæ

Graiorum floris consiliiqve gravis:

Quicquid multorum domitrix Lacedæmon agrorum

Thesauri tenuit; quicquid & ipsa tulit

Archioûm regio: benefida mente tenebas

Et quæque ardebant promere promptus eras.

Mœnio quondam de cuius corpore septem

Urbes Ietropidûm maxima bella gerant;

Ascræoque Seni non cedere, quicquid amœni

Cantarat Lyricus, cuncta reposta tenes.

Omnia complectar paucis, vir optimus ille

Nil nisi Graiorum Bibliotheca fuit,

Verum plura loqui cesso: quis talia fando

Abstineat lachrymis? quis bona verba ferat?

Interea tamen hæc, Jova moderante, ferenda

Sunt, quæ contigerint cœlica ab arce mala.

Dicitis: hei facile est alieno in vulnere nobis

Fortia verba loqui: sed mala tela satis

Exerior, vulnusque licet per vulnera vestra

Accrescat; mihi sunt pauca ferenda tamen:

*Quæ divina volet sapientia, recta putentur*

*Et quæ constituat, sint nisi lata Pii.*

Quod reliquum est, summum rogo Numen, tristia quævis

Sedibus à nostris prohibuisse velit.

*ser.*  
JO. FRIDER. MAYER, D.  
h. t. Acad. RECTOR.

**T**E STOLBERGE, Scholæ Nostræ prænobile  
membrum,

Mors quoque præripuit, proh dolor atranimis!

Qui lingvæ sydus fueras illustre Pelasgæ,

Cui geminum quondam vix habuisse puto.

Post Lumen prægrande PHILIPPUM, seculum in orbe

Europæ, Græcus sermo celebre decus.

Hinc doleo, nostræq; Scholæ donare vicissim

STOLBERGO geminum dextra benigna velit

Numinis, ut vigeat, vireatq; Academia nostra,

Perpetuo celebris permaneatqve precor.

Lingvâ quo porrò caput efferat ampla per orbis

Lumina, sic nomen fulgeat usque DEL.

*Abraham Calovius, D.*

Heu



**H**eu cur tam rigidum jus inevitabile mortis  
Quod cunctos simili conditione manet?  
Scilicet ut citius nostra post stamina vitæ  
Migrandum ad summi cœlica regna poli.  
Quæ cum tam subito Stolbergius ipse secutus,  
Idcirco luctus jam cohibete graves.

JOHANNES ANDREAS QVËNSTET, D.  
P. P.

**D**icitur Ambrosius moriens dixisse fideli  
Fratribus ad lectum mente, vel ore suis:  
Inter Vos non sic Ego vixi, vivere porro  
Ut pudeat; Vobis vita probata satis.  
Ast Ego nec morier timeo, cœlos neque vito,  
Quando bonum Dominum semper habemus ibi.  
Hæc itidem Noster STOLBERGIUS optima verba  
Corde notasse potest, ore tulisse simul.  
Non etenim vixit Nos inter hic Optimus HELLEN,  
Vivere quo mundo porro puderet Eum.  
Optima vita satis testatur id, optima Dicta,  
Optima Scripta simul Testis ad instar erunt.  
Ast neq; vim Mortis metuebat Amator JESU,  
Quando bonum Dominum postea nōrat Ovans.  
Vive Bono Domino, COLLEGA, poli; Triumphis!  
Græcorum Famam dat WITTEBERGA Tibi!

In honorem Beatè Defuncti  
στυμ. f.

JOHANNES Deutschmann / D.

**U**rgete civis flebilibus modis  
Nostri Lycæi conspicuum Decus,  
Stolbergium, quem diro hydrope  
E medio Atropos atra tollit.  
Ornabat Ipsum rara scientia  
Virtusque mira; hinc flebilis occidit  
Multis, & inprimis Maritæ,  
Quam recreet Deus ore dulci!

G. MICHAEL HEBER, D.

**J**acob-Martini \* Rhodomannum laudat; & ornat  
Elogiò summò, pro meritisq; viri,  
Optimus ut Græcus, similisq; fuisset Homero  
Quâ majestatem, quin superasset eum.  
Sic ad Germanos transivit Græcia, & hic jam  
Hæc μεταμορφώσις Græcia facta fuit.

B

Qvos

\* l. i. de 3. Elohim c. 6. B. II. p. 40



Qvos Witeberga Viros, Nobis, sua Lumina, monstrat!  
 Qvos successores nunc, *Rhodomanne*, vides!  
*Schmidius* insignis fuit, *Ostermannus* habebit  
 Laudem. Posteritas grata manebit iis.  
 Qvis fuit excellens Noster *Stolbergius*? Hujus  
 Leucoridos splendor, Græcus & eloquiô.  
 Hic *Rhodomannus* erat laudabilis, alter *Homerus*,  
*Nestor mellistuus*, *Pindarus* alter erat,  
 Bibliotheca fuit vivens; Dicebat Athenas  
 Florentes, quisquis forte videbat, Eum.  
 Vivere dignus erat *tria secula*, Nestor ut olim,  
 (Summam ob doctrinam) *Mathusalæve*, dies.  
 Viveret ô utinam, linguam Græcamq; doceret!  
 CANDOR ET ESSET ADHUC UTILIS HISCE SCHOLIS!

MICHAEL SENNERTUS, D.

Ἐπιτύμβιον.

QVis non lugeret tot claras esse sepultas  
 Dotes sub hocce Marmore?  
 Nam Polyhistor erat non unô nomine magnus,  
 Pindi Decus **STOLBERGIUS**.  
 Fama Virum celebrat jam pridem. Hic ossa  
 quiescant  
 Ad ultimum nunc terminum!

Condol. testat: scr:

CASPAR LYSER, D.

Siccine STOLBERGUM nostrum properanter habebit  
 In manibus mors atra suis? Sic Lingva Pelasga,  
 Virtus, & studium pro puri dogmate verbi  
 Strata jacent? Sic ille ruit? sic ille minatur  
 Majores casûs? doleo communia damna.

Suggestat ex alto solatia maxima Numen!

G. C. KIRCHMAJERUS, Or. P.P.

Ord. Phil. h. t. Dec.

L Umina dum claudis, nos & COLLEGA relinquis,  
 STOLLBERGI, ô nostra portio chara Scholæ,  
 Te lugent omnes, quibus indefessa notata est  
 Sedulitas tua: sed! quanta sed illa fuit!  
 In Grajis dico: quorum studiosior ullus  
 Non fuit: extinctum hunc condoleo ille ego nunc  
 Lugeo Te extinctum sincerum tristis Amicum,  
 Heu doleo, ô nostra portio chara Scholæ.

Collegæ desideratissimi honori deproperab.

ANDR. SENNERTUS, P.P.

Academ. Sen. æt. cur. 79.

STOL-



**S**TOLBERGE, quem rara eruditio Tua  
Et indefessa diligentia singulis  
Summisq; mirificè probavit, admodum  
Dignissimum, si Numini visum pio,  
Longissima vita: Sed affixus hæctenus  
Læto, misere graviori & implacabili  
Certare cum morbo, fuit pugna unica.

Votum unicum contra, esse cum Christo Tuo.

Compos Tui voti, procul cunctis malis  
Et corporis animæq; nunc cum Christo oras  
Tuo & triumphas perpetim, & ut agrum Tibi  
Dolui statum, ita jam nunc beatum gratulor!

DN. Coniunctissimo suo Collegæ con-  
dol. & gratul. deprop.

CONSTANTINUS ZECKM/  
D. P. P.

**S**TOLBERGIUS, Collega noster optimus,  
In flore laudis inclytæ  
Obiit diem! Fatum dolore condecet,  
Illudqve funestissimum.  
Namqve ipse omnem pervagatus Hellada  
Fontes aperuit impiger.  
Sed est ferendum, quod supremus Arbiter  
Immittit! Hic Pindum juvet,  
Hic & relictam in luctibus firmissimò  
VIDUAM erigat solatiò!

Doloris contestandi gratiã  
hæc adposuit.

MICHAEL STRAUSS/  
Mathem. P. P.

**C**orpore morbofo posito, terrena relinquis,  
STOLBERGI, cordis portio magna mei.  
Doctrinæ fideiqve tuæ post fata superstes  
Fama manet, nullo non memoranda die.

Molestã venã fundeb.

MICHAEL WALTHERUS,  
P. P.

**Q**uem Graja ornavit profunda scientia lingua  
Quicquid & egregii martia Roma dedit:  
Candida quem virtus, gravis & prudentia vita  
Dilectum cunctis eximiumqve fecit:  
STOLBERGUM rapuit gelida violentia mortis;  
Hei mihi, Pieridum gloria magna fuit!

Dolorem ex obitu Collegæ coniunctissimi  
conceptum testaturus f.

CHRISTIANUS ROSENSEE. P. P.  
B 2 Sicc-



Siccine discedis, STOLBERGI, nosque relinqvis?  
Et stupet & torpet dextra dolore gravi.  
Spe citius nostrâ fulgentia lumina claudis,  
Vitæ deflemus stamina curta Tuæ.  
Transposito tamen in cælum Tibi habentur honores  
Nunc divi: In terris fama superstes erit.

*f. ex merito*

*Christianus Donati,*

*P. P.*

**N**il præter lacrymas, præter suspiria vita est,  
Nil præter mæsti flebile cordis opus;  
Sola sibi PIETAS describit gaudia cæli,  
Sola sibi vitam nescia FAMA mori.

*Collegæ desideratissimo lub. meri aq;  
facieb.*

*Theodorus Dassovius.*

**D**iscite mortales terrestria spernere cuncta,  
Discite quàm vitæ sit vaga conditio.  
Non nobis habitare diu, neque figere sedem  
Hic datur, hospitium est, & breve mundus iter.  
Mors vocat ad portas; veteres migrate coloni,  
Demetit, & subito pulvis & umbra fumus.  
Felix hæc semper memori qui corde volutat,  
Sic homo discite probè vivere, discite mori.

*Ultimum officium facturus  
apposuit*

*Christianus Hartmannus Ledererus,  
U. J. D.*

**T**andem succubuit STOLBERGI corpus atroci  
Morbo, sed victrix mens jam sine fine triumphat.  
Nec potuit victrix hæc Mens per vincula mortis  
Vinci; sed fragilis transit modò futile carnis.  
Hoc opus ad requiem. *Virtus Stolbergia vivit.*  
Jam per longævos annos cum laudè perenni  
Namque fides, candor, pietas nulliqve secunda  
Nostræ doctrina & gravitas in rebus agendis  
Sponte Decus peperit. *Vivit Stolbergius ergò.*

*Affectus & doloris restandi causa  
scrib.*

*JOHANNES CAROLUS NÆVIUS, D.*

**D**ie Jugend hemmet doch kein Schlag noch Sturm der  
Zeit  
Muß gleich ihr Ebenbild der Stürme Macht empfinden  
Die Früchte welche sie nur einmahl außgestreut  
Pfleget sie hier umb den Baum der Ewigkeit zu winden  
Einckt



Sinckt gleich ein kluges Haupt und fällt der Künste Zier  
So kan doch seinen Ruhm kein Sturm der Zeiten nagen  
Es bleibt der süsse Kern der Wissenschaftt alhier  
Ob schon der Meister wird zur Grufft dahin getragen.

M. B. Hildebrandt / D.

Madrigal.

S O fahre hin / du Edler Geist/  
Und laß den siegen Leib zu rücke  
Der manche Jammerblicke  
Noch zu sich in die Grufft hinreißt/  
Wenn man den Schmerzen zehlet/  
Der Ihn in seinen Leben hat gequelet/  
So fahre / sag ich hin betritt die Silbersterne/  
Und lerne/  
Zu lehre uns vielmehr/  
Wie süsse / wie vergnügt und fein  
Der Wechsel mit den Leiden  
Und jenen Freuden  
Im Himmel möge sehn!

Paulus Gottfried Sperling / D.

*Indutus planctum totus sibi displicet ipse  
Parnassus, Tanto demoriente Viro.  
Sentiet abreptum melius. Nox imminet Orbi  
Musarum; invalidus restituisse diem.*

Condol. ergo scr.

Christianus Vater / D.

E S stellet diese Zeit uns für der Menschen Leben/  
Da Feld- und Garten-Lust legt alle Zierde ab/  
Worben ein jeder kann in dieser Hoffnung schweben/  
Daß nach sechs Monden Lauff nicht daure solches Grab;  
Des Menschen Zierde zwar ist Blumen nicht zugleich  
Doch fällt Er einmahl hin / so hat Er lezt gesehn/  
Das Wunder dieser Welt / und kann nicht mehr erreichen  
Die abgelebten Jahr / es ist umb Ihn gesehn.

Te



Je dennoch bleibet Ihm ein Vorzug vor den Sachen  
Die ihre Wiederkunfft verwechseln allezeit:  
GOTT will Verstorbene nicht wieder Sterblich machen/  
Herr Stolberg stirbt einmahl/ und lebt in Ewigkeit!

Gottfried Enevus/ L.

**N**estoreæ dignus qui seclavidere senectæ,  
Jamcadi in medio floris honore sui.  
Vita fugax subrepta fuit, sed vita perennis  
Labentem excepit, Numine dante Sacro.  
Sic anima ad superos placidè transmissa recessit,  
Et simul est terræ reddita terra suæ.

Johannes Caspar Brendel/  
Jur. Lic.

In Nahmen Jesu Christi!

**S**o ist nun abermahl ein grosser Baum gefallen,  
Der vielen Schatten gab / und seine Früchte allen/  
Die sie verlangeten / zu reichen willig war  
Und schaffte grossen Nutz bey der gelehrten Schaar.  
Ist doch das halbe Jahr bey uns noch nicht verflossen/  
Da auch alhier ein Haupt in Rath-Stul umbgestossen  
Fiel von des Todes Macht / der auch durch seine Krafft  
Ein Haupt im Fürsten Ambt darauff hier weggerafft.  
Und weil nun traff die Reih' auch unsrer hohen Schulen/  
Darin die Künste frey stets miteinander buhlen/  
So muß nun auch darin ein Haupt zu Grunde geh'n/  
Welchs' werth war das es solt' noch lange feste stehn.  
Drumb ist in dieser Welt beständig's nichts zu hoffen/  
Wenn gleich oft mancher meint er hab' es wohl getroffen/  
Und denckt' auff viele Jahr mit seinen Lebens-Lauff/  
So kömpts wohl bald daß Er wird reiff zum Todes Rauff.  
Dieß last uns allesamt anizo wohl bedencken/  
Und zu dem Trauer Fall Herr Stolbergs uns hinlencken/  
Da werden wir gewahr wie ein noch junger Mann  
So bald betreten mus die finstre Todes Bahn.

Ihm



Ihm ist zwar wohl geschehn von wegen seinen Schmerzen/  
 Die eine lange Zeit nicht nur in seinen Herzen  
 Gewütet / sondern auch sein Ehlichs' Herkz geplagt/  
 Und manche Trauer Stund bey Tag und Nacht gebracht.  
 Dieß alles hat Er nun mit Jesu überwunden/  
 Den Er in seiner Noth rieß an zu allen Stunden/  
 Der schenckt Ihm nun dafür den süßen Freuden Wein  
 Und will der Wittwen Trost und bester Helfer seyn.

Welches auch der Hochbetribten Frau Wittwen /  
 nebst Christlichen Mitleiden von Her-  
 zen wünschet.

M. JOHANNES FABRICIUS,  
 bey der Pfarr-Kirchen allhier  
 Archidiaconus.

Wun hat der seelige Herr Stolberg obgesieget /  
 Jezund geneust Er schon / was Ihn allstets vergnüget!  
 Die Angst-Zeit ist dahin / das Leyden ist vorbey/  
 Nun ruht der müde Leib / die Seel ist Sorgen frey.  
 Inmittest wird an Ihn ein jedermann gedencen /  
 Und sein verdientes Lob nicht mit ins Grab einsencken:  
 Sein Nahme soll bey uns zu einem Denckmahl steh'n /  
 Biß wir auch allesamt des Todes Strasse geh'n.

M. Johann Hartung /  
 Diac.

**A** Nnus adest *quartus*, *quartus* quoque tangitur *Almæ*  
 Nostræ *Ordo* fatis, *hocce* cadente *Viro*.  
 Nam *Meditrina* dabat *lessum*, *Podalirius* Urbis  
 Cum, vitâ *functus*, lætus ad *alstra* volat.  
 Nec minus *Eusebicus* MEISNERI fata dolebat,  
 Dum cecidit *Sacri* stella *corusca* *Poli*.  
 Lugubri *peplo* *incedens* *Astræa* dolores  
 Senset, NERGERO *Tecta* petente *DEI*.  
 Nunc *Sophies* cogitur *vix* gratis ora rigare  
 Fletibus, *Aonii* dum cadit omnia *Chori*.  
 Parce, *DEUS*, *lustris* veniente! & *PATRIBUS* *Almæ*  
 Da reliquis, videant plurima *lustra* ! rogat.

M. G. Schimmer / Annaberg.  
 Symmysta *Marianus*:



**Q**ui docuit Græca solers oracula lingua.  
Qui fulsit instar sideris,  
Lumina nostra fugit.

Emittit meritò lachrymas Academia largas,  
Dum nobilis **STOLBERGIUS**.

Alter Homerus, obit.

Sed quamvis idem nostris subtraxerit oris  
Præsentiam suam, illius  
Fama perire nequit.

Condolentiæ ergò.

f.

**JOHANNES WESSE**/Consist: Eccles:

Advoc. Ordin, Senator Opi ida-  
nus & Practicus.

**S**i nunc Pieridum quales finxere Poetæ  
Divo contingat se sociare choro,  
Nulla foret, quam non Lachrymandi cura teneret  
Nec pro se gemeret propria fata sua.  
Una tamen reliquis longè turbatior esset,  
Percuteretque sua pectora mœsta manu  
Sæpius ingeminans: mea maxima causa doloris!  
Nomen si quæras: *Attica Spada foret.*

**M. Joh. Fridericus Rüdel,**  
Coll. Phil. Adj.

**E**heu! occubuit fato **STOLBERGIUS** eheu!

Qui Fylios annos vivere dignus erat,  
Nam fuit Albiacis Polybistor Grajus Athenis,  
Cui paucos Sæclum hoc vidit in arte pares.  
Hinc dolor! Ast nullus poterit revocare Beatum,  
Quem **JESUS** jussit Regna subire Poli.  
Hic **VIDUÆ** partes **JUDEX** aget, optimus ipse,  
Qui nescit viduas deseruisse pias.

f.

**M. SIM. FRIEDERICUS WOLFFHARDT,**  
Fac. Philos. Adjunct.

**N**estor mellistius fuit hic **STOLBERGIUS**, Annos  
Nestoreos { igitur } vivere dignus erat.  
                  { Noster }

II.

\* Τὸ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτ' ἔσθ' ἄλκιον ἔσθ' ἀυδὴ  
ἔσθ' ἔν κέται. Δάκρυα πολλὰ χέω.

\* Ita Homerus de Nestore.

Συζητῶντι θυμῷ ἐπαίησα

**M. Georgius Cavid Ziegra/**  
Ord. Phil. Adjunctus.

Opit-



**O**ptima decedunt, qui multam vivere vitam  
Digni, non vivunt, nullus in orbe vigor.  
Et qui doctrinâ florent, famâqve virescunt,  
Consiliis, donis mentis & arte valent,  
Jam sensim placidâ claudunt sua lumina morte,  
Nec constat, vulnus quis reparare queat.  
Ingredimur tristes, lugemus fata suprema  
Doctorum nostrum, pectora moeror habet.  
Tristis ut est cœli facies, dum Luna tenebras  
Incurrens pullâ veste voluta latet:  
Sic nobis facies squalet, neclumen amicum  
Sese diffundit, ora tegunt tenebræ.  
Attamen in tantum nostrum est moderare dolorem,  
Quantum nos pietas & jubet alma fides.  
Pro mundo, *Vir Magne*, Tibi nunc gaudia cœli  
Supremum Numen non peritura dedit,  
Et qui perpetuæ fuit unica causa salutis  
Exuviis Christus vestiet ossa Tuis,  
Ejus dum reditu perpes Tibi vita paratur,  
Interea molli membra quiete beet.

*In memoriam Beatè Defuncti, Patroni atq;  
studiorum suorum Promotoris, dum in  
vivois erat, Maximi, hæc f.*

**M. Christiaus Samuel Ziegra/  
Colleg. Phil. Adjunctus.**

---

**I**mproba num vita potis es cessare cupida?  
Si lacrymis hominum non vacat ulla dies.  
Si melior cœlo fors est? si lingvere mundum  
Est prout innumeris carpere leta malis.  
Scilicet atthereas petiit **STOLBERGIUS** auras,  
Cæperat ut nostrum displicuisse solum,

moerens f.

**M. NICOLAUS CHRISTOPH. REMLINGIUS,  
Facult. Phil. Adjunctus.**

---

**H**eu! plangunt iterum Musæ plangore profundo,  
Assiduo & gemitu pectora nostra Iremunt!  
Sic est merfit abcerba dies heu! funere acerbo  
Per celebrem arte Virum, sedulitate bonum  
Osi floreres per plures clare Patrone  
Annos, musæ commoda quanta feterit?  
Tuqve Deo semper, Summis imisqve placebas  
Docta qva musarum non sine laude co hors  
Te mirabatur, verum clarissima cuncta  
Nunc extincta jacant, Nubila Jova fuget.

f.

**M. Gottlieb Eckstein/  
Fac. Phil. Adj.**

**D Haud**



**H**aud simplex flemus rigidò sub marmore funus,  
Haud unam implicuit dira ruina domum.  
festis pariter langvebat Græcia morbis,  
Et pariter tumulum nunc habet illa suum.

*M. Caspar Henricus Graun,*  
Fac. Phil. Adj.

*Ippum parabat artifex STOLBREGIO,  
Sculpturus ejus nomen Attico stylo:  
djam recusat id, quod hòc cum Pindarò  
xtinxerint nunc fata Græcas literas.*

L. M. Q. fer.

*M. JO. GEORG. Neumann /*  
Facult. Phil. Adjunctus

c. c. c.

### PROSPHONESIS

ad Mittvveidenfes,

Ut Patronum suum Exoptatissimum Mitvveidæ

Oppido Misniæ oriundum Piis luctibus anxie  
desiderent.

**V**os Mittweidenses, quæso, concurrite Cives,  
Et mecum mæstos fundite corde sonos!  
Vos quot ad Albiacas undas habitastis, adeste,  
Et mecum luctus edite signa gravis!  
Vos! Cariis quot adhuc castris pugnatis, adeste,  
Et mecum lachrymis ora rigate piis!  
Namque dies clausit fatales ille Patronus,  
Qui vos sincero fovit amore, fide:  
Non modo Leucoreas quando visistis Athenas,  
Gnaviter Aonios & coluistis agros:  
Præscribens vobis vitæ genus, atque salubre  
Tractari studium quæ ratione queat:  
Ut Patria, Vobis, & Amicis ferre queatis  
Multa aliquando choro commoda, itemque foro;  
Sed quoque quando domi vobis tractanda per urbem  
Causa, gravis vel res suscipienda fuit:  
Quod non consilium Vobis dedit Ille rogatus?  
Vel quod non præsens auxiliumque tulit?  
Hic nunc defuncto, quis quæso ferreus esset,  
Temperet ut lachrymis ora nec imbre riget?  
Hic magis quando videt bona tot simul esse remota,  
Quæ tribuit nobis hætenus alma Trias.  
Nosque reitestes ne hujus faciamus aperta  
Solos, nobiscum Leucoris ecce facit:  
Quod virtute gravis fuerit, pietateque justus,  
Artes & Lingvas callueritque bene.

Ergo



Ergo graves mecum Cives, profundite luctus,  
Et casum tanti collachrymate Viri.  
Supplicibus summum precibusque rogate Scholarum,  
Ne lapsæ fulcris Leucoris alma ruat!

Hæc supremis honoribus Patroni desideratissimi, Mitt-  
vveidæ nati, nomine Mittvveidensium, ipse Mitt-  
densis deproperabat Affinis lugens,

Donner.

**C**ur tantas fundis lacrymas, ò Leucoris alma?  
Cur? **STOLBERGIUS** heu! mortuus ille meus.  
Verùm quid doleo? tantùm his ereptus amaris  
Ærumnis, petiit regna beata poli.  
Illic non ullum sentit post Fata dolorem,  
Sed magis æternâ prosperitate fruens.  
Intereâ in docto longè celebrabitur orbe  
Gloria **STOLBERGI**, dum vehet Albis aqvas.

In beatum Patroni & Præceptoris sui desideratissimi  
obitum mæstus scribebat.

M. JOHANNES GEORGIUS REJMPER/  
C emnicensis Mistr.

J. N. J.

**B**leibt Großer Lehrer nun sein Mund mir zugeschlossen.  
Den Kunst und Günst zugleich viel stund mir offen-  
hielt?

Aus seines Lebens-Uhr ist kaum die helfft geflossen.  
Wie hastu denn D Tod dein Unter-glass gefüllt?

Läßt du Philemonem nach Zehn mal zehen Jahren  
Erst fallen / und wilst hier die Hundert halten nicht?

Theil doch nur Recht / ich laß die fünff mal Zehen fahren /  
Sechs Jahr noch scheinen muß Mein Sonn in vollem  
Licht.

Allein der Tod streicht aus / ihm darff nichts über blei-  
ben /

Die Lebens-Rechnung er mit falschen brüchen führt  
Soll diese summa nun mein Kiel auch unter schreiben /

Die Gott hat durchgesehen / und selbst justificirt ?

Ach meine Handerstark / eh ich noch angefangen

Zumahl die Thränen-Schrift / ein aufgetrübeter Schwal  
Reißt sich mit strenger Flut hin über meine Wangen /

Und über laufft / erseufft diß denck und danckes-Mal:

D 2

Klu=





fluges!  
 Solons Haupt im Staub erlieget:  
 Tullius dein Honig-Mund nicht sieget:  
 Orpheus Lehr die Herzen nicht mehr rühret:  
 Lycophron der Schriften mehr verliehret:  
 Hier Bias mit sich alle Güter träget:  
 Eustaths  
 Ephrems grosse Wissenschaft sich leget:  
 Reguli Beständigkeit verdirbet: (verlodert)  
 Gracia dein Mutterzungen erstirbet: (vermodert)

So dancket mit ewigem Nachruhm seinem  
 grossen Lehrer.

M. Joh. Peter Michael Köser /  
 Onoldo-Francus.

Scandor, pietas, doctrinaque, fata morari  
 Possent, & maesto quem revocare rogo:  
 Ante alios quos terradedit Germanica nobis.  
 Vixisses longos *Magne Patrone* dies  
 Nam moritur *Tecum* Grajae constantia linguae,  
 Conditur & tumulo suada Pelasga novo.

*In obitum Desideratissimi sui Patroni &  
 Praeceptoris fidelissimi f.*

Georgius Friedericus Wolffius  
 Ingelsinga-Francus.

Heu mihi quam perit sincera mente Patronus.  
 Eheu, ! Parca ferox cur cito filia secas?  
 Muris Sydus erat, sed occidit, inq, cubili  
 Hesperio, mortis condidit omne decus.  
 O sidus STOLBERGE novum, nunc sidere cuncto  
 Majus, Te tenebrae & nubila nulla tegant,  
 Donec erit mundus, dum sol & Luna micabunt,  
 In nobis vivet, vivida fama Tua.

Supremum honorem ac observantiam  
 testaturus ser:

Lazarus Gradenhalerus,  
 L. L. Stud.





Mag. VI 9

[= Occasionalia vol. 3  
= Funeralia S - Z]

VD17







# EPICEDIA,

Quibus

# Beatum ex hac vita

decessum

VIRI

NOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI AC  
AMPLISSIMI


# DN. BALTHASARIS STOLBERGII

Græcarum Literarum Prof. Publ. Optimè meriti  
& per totum literarum orbem longè  
Celeberrimi,

*Ipsò solennibus Exequiarum dicto die  
XIX. Octobr. Anni à C.N. MDC LXXXIV.*

lugentes piè prosequuntur

PATRES ACADEMIÆ, COLLEGÆ,  
FAUTORES ET AMICI.



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

